



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 18. Gaudium quod Deus donat, longè superat quodcunque ex creaturis
percipitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

communicabilem. Unde infero ea beneficia quæ ab ipso solo proximè in nos conferuntur sine comparatione excellentiora atque adeo infinitè præferenda esse his quæ industria & cooperatione creaturarum rerū ab eodem nobis obveniunt, tametsi utraque ejusdem speciei sint & hominis. Nam si videmus inter humana opera ejusdem licet artis discrimen non modicum, puta inter Apellis tabulam & tironis alicujus picturam, inter Polycletis statuas & statuarii nescio cujus, licet ad eandem formam atque ex eadem materiâ factæ sint; quæ potest obsecro similitudo esse inter gaudium & consolationem, quam animæ sanctæ inspirat inhabitans Deus, & voluptates quas delicati mundi amatores ex creaturarum usu capiunt?

§. XVIII.

Gaudium quod Deus donat, longè superat quodcumque ex Creatura percipitur.

Sanctissimus gentium Doctor Paulus Apostolus testatur, & est verissimum, quod infirmitas Dei, ut ita dicam, robustior est, quam omnis hominum fortitudo, & stultitia eius confundit sapientiam jurisconsultorum & philosophorum. Quanta ergo esse debet ejusdem fortitudo & sapientia Dei, quando-

qui-

quidem ipsa infirmitas & stulticia super
 quidquid forte mūdus habet & sapiens. Com-
 para nunc gaudium quod Deus suscitavit
 cordibus nostris, cum eo quod aliunde emen-
 dicamus; & vide num alterum alteri verè tra-
 ferri possit? Non dubito, quisquis hanc antithesin
 que antithesin rectè conceperit, quin facile
 judicaturus sit, nullas esse periecutiones &
 afflictiones ejusmodi quamvis facto agnoscant
 animum Dei possessione beatum invadant,
 quæ jucundam ejus quietem turbare valeant:
 Guttæ instar sunt aquæ in fornacem cadentem
 injectæ, aut scintillæ instar incidentes in mare.
 Inexhaustus suavissimarum consolationum quæ à
 Deo promanant, fons sufficit omnem quæ aliunde
 stillare potest, amaritudinem, ejusque ita sensum
 eripit ut vix primis labiis degustetur. *In tribulatione*, canit
 David ad Deum *dilatasti mihi*, id est, relaxasti angustias
 cordis mei, & lætitiâ ac consolatione me affecisti
 multiplici. Hanc ob causam Deus nominat Deum
 totius consolationis, paracletum, consolatorem per
 antonomasiam, perinde si, propriè loquendo, ipsius
 solus sit consolari hominem. Hinc testatur etiam
 seipsum & in propriâ personâ præstare hoc munus.
 Vis scire quomodo illud sibi attribuat? Audi
 ipsum his verbis loquentem: *Quomodo, sicut*

mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Isai. 66. Nec tam luculento sui in nos amoris testimonio dato, certa que promissione officium matris in consolando nos & oblectando omnigenere suavitatis per semetipsum fungendi contentus, alio id ipsum loco repetit & loquendi modo expressiore confirmat: *Ego ego ipse* inquit, *consolabor vos.* Cur repetit: *Ego ego*, additque: *Ego ipse*, nisi ut manifestius declararet non inani aliqua verborum figura se uti sed verissimè infinitæ in nos suæ charitatis effectum polliceri. Concipe nunc animo, si potes, quanta sit teneritudo divini amoris, quo dignatur Deus ipse se totum impendere ad suavissimè recreandam sibi confidentem animam; hujus verò in tanta cælestium deliciarum affluentia sensum quis satis poterit vel cogitando assequi? Si rex quispiam magnificentiam liberalitatis suæ ostendere amicorum suorum intimo cogitat aut subjectis sibi populis publicæ edere lætitiæ argumentum insigne, quantus fit apparatus & regiarum profusio divitiarum? Rex Assyverus regali pompa sex mensibus fecit grande convivium cunctis principibus Persarum ac Medorum mælytis, & præfectis Provinciarum omnique populo urbis regię toto stupente oriente. Esth. I. Alexander Gregario militi amplissimā dona-

donavit urbem non tam considerans in-
 mam recipientis conditionem quam cel-
 dare deceret summam largientis dignitatem.
 Divina majestas minus adhuc quam regio
 terræ respicit ad vilitatem & indignitatem
 eorum quibus dona sua confert. Sufficiens
 homini Deum amanti recipere favores ali-
 quos & recreationes mentis, quales nobis ad-
 ferre possunt Creaturæ; Verum his non con-
 tentus est Deus, parum ipsi videtur com-
 creatum, amat tractare nos conformiter
 magnificentiæ suæ & bonitati infinitæ, vili-
 tatis naturæ nostræ nullâ habitâ ratione.

§. XIX.

Eximia nomina hujus caelestis gaudii.

Excellentiam hujus gaudii, quo dignatur
 Deus exhilarare sperantes in se indicat
 etiam eximia ejus nomina in divinis scriptu-
 ris expressa. Nam S. Joannes appellat *manna*
absconditum quod nemo novit, nisi qui gustat.
 Apoc. 2. S. Paulus *pacem Dei, quæ exsuperat om-
 nem sensum.* Ad Phil. 4. Propheta *lucus*
Sabbatum delicatum. c. 58. Psaltes *regnum*
torrentem voluptatis & inebriantem ubera
tem domus Dei. Psal. 35. S. Petrus, *lascivium*
inarrabilem 1. Pet. 1. Denique Christus *partem*
optimam vocat, quæ non auferetur.